Sit omnibus notum Quod Ego Salvator Vallossera parrochie sancti Fructuosi de Balanyano diocesis Vicensis Ex mea certa sciencia confiteor et recognosco vobis Jacobo Vilamaior parrochie sancti An-
dree de Thona dicte diocesis socero meo his presentibus Quod inter diversas vices sive soluciones dedistis solvistis et tradidistis michi meeque omnimode voluntati numerando Illas viginti Quinque libras michi tunc
ad solvendum restantes ex illis Quinquaginta libris quas vos michi dare et solvere promisistis ac assecurastis pro dote et nomine dotis Elenoris filie vestre uxorisque mee Et de quibusquidem
quinquaginta libris unacum quodam gatzofilano cistis cum jocalibus ego ipsi vobis meque dotalicium feci et firmavi instrumentum in posse Rectoris ecclesie dicti sancti Andree de Thona quod eidem lau-
do et approbo in presenti Et ideo renunciando excepcioni pecunie non numerate non habite et non recepte et doli mali ac in factum accioni et omni alii juri his obvianti In testi-
monium premissorum facio vobis nedum de predictis viginti quinque libris verum etiam de omnibus dictis Quinquaginta libris gatzofilano et jocalibus presentem apocam de solucione ac
bonum et perpetuum finem et pactum firmissimum de ulterius non petendo et de non agendo in posse sub scripti notarii vallatum stipulacione solemni volens quandam apocam per me vobis
factam de viginti quinque libris gatzofilano et jocalibus prime solucionis dicte dotis in posse Rectoris ecclesie dicti sancti Fructuosi de Balanyano sub presenti finali apoca comprehendi mandans
dans necnon debitorum instrumentum per vos michi de dicta dote factum cancellari et anullari ad solam huiusmodi ostensionem sicuti ego illud cum presenti casso et anullo careatque viribus et
effectu volo Quod est actum Vici die decima mensis Marcii anno a nativitate domini Millesimo Quadringentesimo Octuagesimo Septimo Sig+num mei Salvatoris Vallossera
predicti Qui hec laudo et firmo.

Testes huius rei sunt venerabilis frater Johannes Legeti de ordine beate Marie de Carmelo Jacobus Mayes presbiter et Bernardus
Santsist Civis et parrochie Vici.

Sig+num Joannis Balentini de la Campana auctoritate Reverendi domini Vicensis episcopi notarii publici Vicensis qui hec scribi feci et clausi.

p. f.

Llati

1487